Bella continua et prima fuerunt adeo quod teder doctores tam gentiliū quam xpianoz: ea vel ad memoriā renocare: In quibus miranda est constantia romanoz vel duricia: quod nulla tribulatio nullus metus eos terrere potuit: quod aliqui se subdidissent quātūlibet potentissimo regi: sed oibus se sine inuisione opposuerunt: varias fortune mutationes expi fuit. Amoz nanqz libertatē et appetitus laudis: cū obseruatōe nihilominus honestatis seculari districtissima: ita medullitus eos transfixit: ut pro his res et substantiā filios et filias: et tādē vitā ipsā dare quāsi pro nihilo ducerēt: imo parissimi fuerūt. Et ob hō machabei dōsiderabāt eoz societatem.

Romani.

Quintus Flaminus.

Marcus Caton.

Tiberius Graccus.

Isti hispaniā expugnauerunt bellis horridis.

Hic bellū macedonicū profecit: superatoqz philippo rege pacē dedit. Et hic cessat regnum macedonum. Uicit etiā lacedemōes et veditos romanos collegit.

Horz rpe lex illa quā ab appio tribuno lata fuerat: ne quā mulier aliā quā seminiā auri haberet: et ne diuersi coloris vestimento: nec vehiculo per urbem vteret abolita est.

Statius cecilius comediarū scriptor.

Reges egypti.

Evergetel a. 28 fili.

metozis. 28. an.

Hic fuit frat̄ cleopatre: uxoris alexandri regis syrie: de quo habetur primo machabeoz 10.

Aristobolus iudeus pipateticus pbs: qui ad philometozē explanationū in moysen scripsit cōmentarios.

Ierusalē destruitur et penitus desolat ab antiocho epihana. templū incendit: s3 paulatim p iudā et fies eius reformat.

Anno mudi

Septem machabei cū matre fidelissima martirizant. 2. machabeoz. 7.

Templū purgat a iuda et fratribus eius: postqz tribus annis prophanatū erat: ut p3 pmo machabeoz 10.

Linea xpi.

Eleazarus cū multis alijs: gloriose martyrio coronat. 2. machabeoz. 6.

171

Iste vir scis et oi laude dignissimus: percussit in zelo suo peccatores: p̄fusus in dño deo isrl: ut p3 pmo machab. 2. Et hūit filios qnqz eiusdem zeli. Verū ipse non erat pontifex: sed tres filij eius.

Hic est ille notatissimus triumphator in isrl: q nec silem hūit añ se nec post. Eius opa glōsa et magnifica. vide in libris machabeoz. Postea in bello strenue stans cecidit pro legibus scis martyre se dño offerens. Et successit ei frat̄ suus ionathas: qui creuit in glōria: et fideliter stetit in testamento: tandem dolose occiditur a triphone cū duobus filijs suis.

Pontifices

Matthias

Judas machabeus

Jonathas a. 19.

Iste antiochus dictus epifanes. i. nobilis: a capite vsqz ad pedes: intus et foris: totus nequus fuit: et ob hoc figura antixpi dicitur. Hic martyres p̄les fecit crudelissime. Dolose egyptū intrare disposuit sic pater eius: sed non profecit: quia romani posuerunt frenum in naribus suis. Tandem sine manibus cum inutili p̄nia contritus est. Et opera pessima: et quō obles fuerit rome: et quāli propheta dauid. sit cōpleta i eo. vide in libris mach. et doctoz b sup dauid.

Reges syrie

Antiochus epihana

Antiochus cupator

nes filij antiochi magni.

Antiochus cupator filius epifanis.

Deliodorus intravit templū ad spoliā dum erariū: ut p3. 2. mach. 3. sed diuinitus percussus vir ad vitam redijt orante pro eo onya.

Iste adhuc adolescens hūit tutorē lysiam: et cū glōsū exercitū p̄tra iudeos duxisset: nō lōge p̄ abo a suis occisi sūt: prop̄ timorē demetrii filij seleuci: ut p3 pmo machabeoz. 7.

Demetrius soter fi.

Iste tāqz verus heres intravit regnū syrie: et occiso cupatore semp iudeis infestus fuit. Tandē pugna inuicta p̄tra alexandrum filiū cupatoris occubuit.

Scipio nasica prudentissimus romanor: in cetera duo balde notabilia dedit consilia memorie digna. Primo ne cartago delectet: q̄tenus occasione extrinseci belli inna cōcordia ⁊ fortitudo perpetua prop̄t̄ p̄tinuū exercitū apud romanos p̄ seueraret. Secūdo ne in vrbe aliquo mō theatrū cōstrueret: q̄ inimicissimū h̄ esse dixit bellatozi p̄p̄o: ad nutriendam de fidiā lasciuieq̄ cōmentū. Qnā sapien̄t̄ hec consuluerit: sequentia tēpora declararūt. vide auḡ. p̄mo de ciui. dei. ⁊ ozosiam li. 2. mirabile remediū vitioz.

Anno ab vrbe p̄dita. 602. inchoatū ē ituz bellū punicū: tpe hoz p̄sū lū ⁊ finitū an. no. 4.

Tpe hoz p̄sū magnū bellū macedonicū fuit: in quo p̄mo romani succubuerunt: deinde iterum cōflictū est: ⁊ pari clade vtriusq̄ p̄tis i hyberno. i. hie me discessū ē. tertio luca regē vicit: q̄ postea apud albā in custodia defecit: ⁊ fili⁹ ei⁹ iunior didicit op̄ manuale rome ob tollerandam inopiam.

Publi⁹ Lōgin⁹ Licinius

Lucius paulus Emilius

Lucius Aulus Licinius.

Not tpe elnberi romanos trinerūt: ⁊ sci pio publins

Lucius celsian⁹ Marcus.

i affricā iuit: ibiq̄ mltas gētū strages dedit. Sergi⁹ at galba a lusitanis victis amisso exercitu vix aufugit.

Cartago illa nobilissima: metropol affricæ delect̄ a scipioe ⁊ p̄sulib⁹ ano. 200. postq̄ p̄dita ē Arsit p. 17. dies p̄tinuos: miserū spectaculū: multi venditi sūt: quoz

rū nūerus viroz f. ac mulierū fuit: gn̄q̄ginta milia. multi se flāmis tradiderūt. Corinthus iūr vastat eodē anno a romanis que opulentissima fuit: toti orbi nota.

Reges egypti: q̄ p̄ hanc lineam p̄tinuant: sēp habuerūt societate cū romanis: ⁊ tādū regnabāt q̄zdiu fidelitate ipsi seruabant. Et nota q̄ nulla alia cā fuit: q̄ sic creuit potestas romanoz sup̄ alios nisi vtrūq̄ exuberant̄ in eis micabāt: ⁊ p̄c p̄ue iusticia q̄ am sūme colebant: ⁊ q̄zdiu seruauerūt modestiā: ⁊ dilexerūt iusticiā: iuncti sp̄ vbiq̄ manserūt Corrupti vō vbiq̄ faciliū deuicti legunt̄. In q̄dā reuelatōe diuini⁹ scā beate brigide habet: q̄ dñs de⁹ testimoniū phibet ipsi antiquioribus romanis: q̄ nūq̄z hoies in mundo ex puris nālibus: iustus ⁊ rōnabilis vixerūt. Qualia aut̄ luminaria ex eis tpe xp̄iane religionis resplenderunt. in sequentibus patebit.

Ptolomeus soter.

hic regnaue ānis. 17. cui⁹ tpt icero: varroq̄ nascuntur. -ā. 17

5059

5084

Matthan fili⁹ iadob genuit iacob -

mathei primo.

141

111

an xpi natiuitate

Cicero arpinis nascit̄ matre helina patre equestris ordinis: ex regio vulsoz genere.

Iste simon vir prudensissim⁹: ab adolescentia sua vsq̄ ad senū optime puerfatus: semp victoriosus. tandem nequit occidit a genere suo: vt p̄mo machabeoz. vltimo. Et duo filij eius ⁊ q̄dā puari sui occisi sūt cū eo:

Simō ā. 8 fi. matba -

-tblē

92. ue signu. 11

Ioannes bircan⁹ fi -

Hic p̄fuit annis. 26. vel. 33. p̄op̄ba religiosus ⁊ strēnuus dux: p̄tolomeū socerū suū fugauit: samariā captam solo equauit. Tandē rebus optime administratis: moztē vicinam sentiēs. cū gn̄q̄z filios haberet: quoz nullus ad regimē populi valeret: vxorem suā disertissimā iudeis p̄fecit et filijs. verū nihil pietatis in filijs fuit.

Iste alexander semp gratiosus fuit iudeis: ⁊ apparet eū meliozē fuisse in oēs reges syrie: de quibus pauca virtuosa: aut nulla referunt̄. Hic cleopatram filiā regis egypti accepit in vxorem: verū rex inique egit p̄tra eū: prop̄t̄ quod rex arabum timens ipsum alexandrum decolauit: vt p̄ primo machabeoz.

Alexāder fi. epifāis

Antioch⁹ adoles. cens.

filius alexandri.

Triphō proditor

Iste adhuc puer: suadete triphone aliqd̄ molitus ē p̄o recuperatōe regni: s̄ parū p̄fecit: iuxta illud: semen impioz p̄bit: q̄ statim ab eo occidit. Triphon aut̄ cū pessime se in oibus gereret omnis exercitus eum dereliquit: factusq̄ p̄fugus: nullibi tutum repperit locum.

Demetri⁹ fi. dmetij

Antioch⁹

Iste cōfotatus triphone p̄secutus est: ⁊ fugauit eū. Et p̄mo iudeis benignus fuit: sed postq̄z p̄ualuit: fecit sicut patres sui: sed non ipune vt p̄ primo machabeoz.

Iste demetrius satis creuit breui tpe: prop̄t̄ regē egypti q̄ alienauit se ab alexandro: ⁊ refanebat sibi: ⁊ q̄ ambo statim sunt moztui post d̄sensionē: iō quieuit terra paulisp̄ in cōspectu demetrii. tandem capitur a rege p̄side: ⁊ incarceratur.

Bella socialia oriuntur: quorum hec prima causa siue origo fuit. Straccus notat a nobilibus: cepit causa querere contra eos. Et quod solus nil potuit contra eos: eodem populum nitentur ad se trahere dicens: quod agri deberent diuidi equiter: et etiam pecunie. etc. et ob hoc tumultus suscitatus: in quo ipse occisus est: et multa mala secuta sunt. vide ozosium.

Romani **Seruius Flac-**
cus fuluis.
quinto. **Lucius Celi-**
metellus
quintus dicitur **Fabius Qui-**
cinius marci **Publius Lu-**
cius calpur-
nius scipio no sico

Hoc tempore puer ex ancilla nascitur quadrupes: quadrimanus natus. 4. Ethna mors igne flamas euomuit horribiliter: et loca vicina vastauit. Scipio numantia deleuit.

His presidibus iussa est cartago restitui: et romanorum famulata est: et in urbe istestinus bellum peruenit atrocissime.

Iste fabius cum paruo populo regem armenie superauit: et mersum sunt 180. milia armorum in rodano. Quintus deleuit gallos: qui sub radice alpiam siti fuerunt. parre filius.

Hoc tempore rex numidianus: valde romanos attriuit: sed ipse tandem superatus est: ita tunc romanam ingenium

tas defecit: ut diceret: O urbem venale et mature peritura: si emptorem inueniret: qui diceret: fides in te perijt.

Reges. **I**ste regnavit annis 10. Eius tempore poeta lucretius nascitur: qui postea sese amatorio furore interfecit.

Ptolomeus Alexander

Hic regnavit annis 8. sub quo salustius historiographus nascitur.

Ptolomeus Leo-

Iste regnavit annis 30. sub eorum tempore virgilius et orantius poete nascuntur.

Ptolomeus dyoni-

M

Mitridates rex ponti et armenie per annos 40. gessit atrocissima bella contra romanos imodico sanguine fuso: sepe victor: sepe victus. tandem proprios filios interemit: haustusque veneno: uxores pelices ac filias secum extinxit: sic miserabiliter perijt: qui infinitos peremit. hic ut ozosius testatur: maximum nobis argumentum sue finis reliquit. Cum enim omnium suspiciosissimus fuerit in fine exptus est: quod falsos deos coluerit. Sic non agit nobiscum deus noster: cui si fide ter seruiamus: nequaquam mala morte perire nos sinit. vide pulchre li. 6.

Anno mundi 5109

Linea christi **R**egnum indee restituit: quod interruptum fuit annis 475. a tempore sedechie usque ad aristobolum.

Virgilius **V**irgilius maro in pago: qui arides dicitur: haud procul a mantua nascitur: pompeio et crasso cons. Dehinc cremone studiis eruditur.

06

Seruile bellum in sicilia: ubi conspirarunt. 70. milia seruorum. huiusmodi bella periculosiora sunt ceteris: quia crudeliora: nec curant de patria salute.

Pestilentia maxima fuit in aethiopia. perierunt ultra mille milia

Pontifices **A**ristobolus primus rex et sacerdos

Alexander vel Janeus

Iste vno tantum anno profuit: et diadema sibi imposuit nec fuit contentus de testamento patris: ideo matrem cum filiis in carcerem: propter quod miserabiliter perijt cum fratre suo antigono: qui eum iuuat etc. vide magistrum in historiis.

Hic profuit annis 27. vel 38. et totus tyrannus fuit quousque primus modestus appareret. Officium enim fecit notum quousque intus fuerat. Fratrem occidit et in 12. annis circiter. 50. milia seniorum interfecit: qui facinorosa eius detestabatur: tandem moriturus: duos filios reliquit. scilicet byrcanum et aristobolum. verum uxorem regnare constituit: quia gratiam populi habuit.

Antigonus frater regis inuidia regine occidit: ubi dicit iosephus: quod certum documentum prebuit. Omne benivolentiam usque nature criminatibus cedere: nullaque optimarum rerum afflictione tantum valere: ut inuidie perpetuo possit obistere.

Reges syrie **A**ntiochus Emiscenus

Hic cum exercitum ducorum militum haberet et histriones cum scortis plures se miscerent. facile a rege spartanorum oppressus interijt.

Philippus rex ultimus syrie

Hic a romanis superatus est: et cessauit regnum grecorum. i. syrie quod stetit annis 183. in syrie

Bella intestina externaq; circa hec tpa intaru pualuerut vt pro magno miro habitu est: q status romane reipublice penitus non perierit. vn pz q nihil potuerit bellie labor ad pace procreada: nisi a sumo deo magnu illud donu largiatur non a falsis dijs: qbus tota roma vltra mille annos seruauit: vide orosiu ad longu de his bellis.

Bella ciuilia incipiunt: q continuata fuerut p anos. 40. t adeo attrita fuit vrb: vt necessario regimē ip si mutare tur: lz ad mltos anos optie rexisset psules. Infelix proz conditio mundani stat q nuq; in delicijs durare potuit et gloria: qzuis hec sumo studio querat: quate demetie e hec sp sudore ac sanguine qre: qd cu adeptu fuerit nullo pacto retineri pot. Prude

Sai 5 sci pio. manli.

Tempo boz theutonici t germani et

Julius Lu cius marcus

Tempo mlti prodigia

Silla Ma rius Sains

Isti duo psules ptra

Pompeius Marcellus

Prude tissima illa roma h no potuit: t tu valebis: xpz

cibri aduati st ptra quos romani plia rut: sepeq; victi: tade eos supauere subtilit: t deleti fuerut. 160. milia: t inuicrabiles seipsos occiderut: et stari post iterul iustitnu bellu rome fuit: qd manli psul sedauit.

solita terruerut ro manos: t stati p i di uersis prouicijs dele t e romanor exerci t: ita vt saga. i. veste merozis indueret.

se tunc bellates: pmu ci uile bellu schoarut: cu occasione t progressu mi serabile orosi prosegf: totq; occisi st: vt sille di ceret: cu qb tandē victu ri sum i bello armatos i pace iermes occidimus extie proscriptio istitura est.

segre: ne peat labor tuus. Isti duo psentietes sil resti terut inlio: t ob hoc scdm bellu ciuile ozit: anis. 4. duras: i quo totu mudu pcurrisse ptra se bre uis dixerut. tade popei superat capiteq; plex paulati mitescit. O grāde spectaculu: qz dispar exitus tanti viri.

Uarro marcus doctissim: q tam multa legit: vt aliqd ei scribere vacuise: miremur ta multa scripsit: qnta vix aliqs legere possit: vt dicit terentius.

Cicero marcus tulius maximus rbetoz clarer.

Pompeius semp victoriosus. 22.

reges subegit. tandē postq; replu prophanasset: nuq; postea dr pugnasse qn vinceret. silr no longe p crassus pteses syrie templum etiam ausus est spoliare: quod pompeius non fecit: t ob hoc auro in os ei fuso iterijt: sic pereat inimici tui dne. Multa exempla de his inueniunt: qui non timent diuina: t dez debonestate: qd iuxta vulgare dictu: mala morte pire so lent. hoc etiā apte prophetauit moyses: dex. 33. Percute dorfa inimicoz ei. i. leu: t q oderut eu non consurgant.

5134

Jacob.

Dater ioseph naturalis: sed heli pater eius legalis fuit. buc mathe illu lucas comemorat.

99

59

Dec pnt annis. 9. t fecit tyranides ptes: lz prius simulata scitate religiosa famar: t byrcanu in sacerdotē promouit: vt p se regnaret i stituit. Dec in linea pontificu ponit prop supputatione annoz: non q officiu pontifical exerceret: quod non licuit.

Iste byrcan mortua matre in regno successit in quo modicu prosperitat habuit prop partialitates ppli: na stati a mte supatus e: t p ite ru restitit auxilio arabu. tandē fact tributari romanis i pace aliquanto tpe regnauit: lz non noie regis no uissime miserabil obijt: deceptus fraude parthoz quos antigonu ptra eu duxit. vide plene magistrum de his.

Alexandra vxoz alex

Alexandri

Byrcanus a. 33.

an. 33.

Heresis phariseoz circa hec tpa ozit. Et nota q tres erat secte in iudea. s. pharisei: saducei: t essei: hi oes a coi vita reliquoz iudeoz distincti: multis crozibus implicati prop asperitate vite sanctiores se alijs dixerut. Vide magistrū in historijs circa baptisimū ioannis. Itē ad huc due secte: a qbusdā asserunt. s. arbonei t genuste.

- Virgilius excellentissimus poetarum clarus hē: t mira fecit.
- Oracius flaccus satyricus.
- Salustius crispus historicus.
- Plotius primo rome latinā rhetoricā docuit.
- Possodoniū stoicus.
- Decaton stoicus: q dixit: oē bonestū i arduo ē. si vis amari ama. Queris quid fecerim. amicus mihi esse cepi.
- Rome numerati sūt. 400. milia 64. milia hominū: oēs incole ciuitatis.
- Libraria: 400. milia libroz cōburni in egypto: vnde pz quanta fuit antiquitas diligentia in libris colligendis.

Virgilio Oracius Salustius

Nota Nota

Fimbria illū vastat. i. trofā antiquā romanorum sed silla statim eam restaurauit. Catilina famosus tyrannus: cōiurat ptra patriam i vrbe: in etruria vero extinguit occiso ibi catilina. rome psaij conuurationis occisi sunt.

Tres soles apparuerunt in celo versus orientē: qui paulatim in unum corpus solare redacti sunt. Grande spectaculum grandia p̄figuravit: quasi asia: affrica: et europa sub vna monarchia statim coniungi deberent. Itē q̄ dominiū lucij: anto- nij: et marci antonij in vnū redirent. sed potius noticia vnius et trini dei toti orbi futura imminēbat.

Cesares

Saius Juli-
us cesare. a.
5.

Imperatores

Octavianus
.a. 57. m. 6.
.d. 10.

Augustus.

Octavianus:

Iste iulius tante fuit actiuitatis: vt mens illius et manus ad impossibilia ferme suffecerint. 52. vicib⁹ pugnavit sol⁹. marcū marcellū supgressus: qui ter centies nonies fert pugnasse. Hic pōpeio ac ceteris nobilissimis romanis occisis imperiū arripuit. Tandē anno. 5. im- perij sui cōspiratione bruti: ac cassij dolo occidit ipse domitor orbis.

Iste octavianus nepos Inlij: cū esset adhuc adolescens imperiū sumpsit: iuventutem sui virilib⁹ actib⁹ decoravit. qnq3 milia bella gef- sic: et breuit totū mūdū post multa bella in vnā tandem monarchiā redegit. hic

Cleopatra
annis. 20

Hic iulius egypti regnū dedit: monens vt magis amicitia romanā q̄ arma experiri studeret. Terrio autē ano huius cleopatre iulij sumpsit imperiū: et sic finit hic calculus latinoꝝ per hanc lineā descendentiū ad xp̄m: et sequit supputatio annoꝝ per lineā romanoꝝ.

cato

Cato notatissimus videns cesarem triūphare: cui ipse nō fauebat: apud vtiā seipsū occidit iuxta illud: Maluit cato mori q̄z deroger vrbis honori sed propter hoc fm aug⁹. non excusatur a peccato.

Bos loquit aranti. In breui magis desinet homines q̄z iumenta: vel vt quidam libri habent frumenta.

Sceptrum de iuda auferit: et dux de femore eius: quia in proximo sanctus sanctoꝝ venturus est: iuxta prophetiā iacob.

Anno mundi

5159

Judea tributaria fit romanis propter partialitatē duoz fratru. s. aristoboli et hircani. Uterq3. n. inuidentiē cā subiecit se romanis vt regnare posset etc.

Joseph cir-
ca hec tēpa
nascit post-

-sponsus marie.

ob

Iste antigonus filius aristoboli vbiq3 infideliter egit: nec romanis obediuit: magnā plagā terris intulit: vt hircano expulso regnare posset. Regi enim parthoꝝ promisit talenta mille: et virgines quingentas: vt se iuaret: lisania nepote suo id procurante: et sic hircanus eiectus faselus occisus est: et herodes fugatus. sed cū herodes romam venisset: et senatui cuncta narraasset: augustus eū regē indee creauit: mittens cū eo exercitū: qui hierusalē ceperūt: et antigonū captum duxerūt ad antoniū qui euz securi percussit: et herodes confirmatus est in regno: cessauitq3 sceptrū de iuda: sicut p̄dixit iacob.

Scipio seipsum iuglauit.

Zuba rex iugulari se fecit.

Petreius gladio se perfodit: et multi alij de nobilissimis romanoꝝ: qz noluerunt iulio subdi: aut timuerunt ab eo occidi: sicut plures iam occiderat.

Titus iuius historicus.

Marcus callidus orator.

Diodorus scriptor historie grece.

Quidius naso.

Saius falcius.

Cornelius historicus. Cornelius gallus

Marcus varus. hic ait: Nihil magnificum docebit: q̄ a se nihil vidit.

Messala poeta: et multi alij his fuere tēporibus.

Antigon⁹

Lugdunū condit a minatio plauto oratore qui fuit discipulus ciceronis.



Sibylla tiburtina clara habet: que de xpo prophetauit: et au-
gusto respondit: ne se deū iuxta stulticiam paganorū putaret: et ostendit illi virginem pulcherrimā in celo tenentē puerum
in bra hīs: et ait: Sic puer maior te est. ipsum adora.

Hic ē ille vnicus qui secundū nō hūit: sub quo p̄tuit orbis terrarū ac prompte obediuit: agēte hoc diuina p̄uidentia:
vt xpi natiuitatem tp̄alis pax illustraret. hic gloriā se vrbē marmoream reliquisse: quā latericiā ip̄e inuenit. fuit pulcherri-
mus corpore: ingenio subtilissimus: fortunatissim⁹ in omnibus: sed vitio carnis non caruit. Ipse est q̄ describi fecit totū m̄-
dum: vt dī Luc. 2. cū 5 2. anno natus est xps dñs et saluator mundi: qui pacem eternā suis largit̄.

Monorchia romanorū oīum maxima circa hec tpa incepit.

Cum enī vt testat̄ hieronymus et alij scī doctores per totum orbem in diuersis p̄uincijs bella pullularent: subito cunctis
mirantibus pacata sunt: et romano p̄ncipi colla submiserūt. vt aperte dñs deus hoibus ostenderet: q̄ illa vniuersalē pacē
non bellicus labor: s̄ ip̄e donasset: semp vno finito bello aliud sequebat̄ aut plura: peioraq; scissura sequebat̄: sed xpi na-
tiuitate p̄opinquante: vrbis quieuit et orbis.



Reges
iudee.

Iste herodes idumeus p̄mus rex alienigena apud iudeos fuit: eius historiam magister
diligēt p̄sequit̄: et refert eū fuisse virū strenuū: et fide dignū: et in oibus notabiliē se habuit
ḡtus valde romanis: et p̄p̄is q̄ pacē amabāt: m̄stra etiā opa memorabilia fecit: vtz in senectute sua: cū nimis vellet placere
romanis: et audisset de ortu xpi timens pelli e regno tāq; alienigena: miserabiliē defecit sensu: et antiq; p̄bitate amissa: in-
nocentes occidit: et plures de filijs suis. tandē oibus odiosus: morbo inualecente flebili morte destituit̄.

Beda dicit istū tenuisse principatū annis. 26. qui ē cōbussit libros omnes: quib⁹ gēt̄ iudee seruabat̄ ascripta: ne igno-
bilis forte: et a multorū semine argueret̄ extraneus.

Maria nascit̄ anno añ xpi
natiuitatem. 16. vel circa.

Historia euangelica omnīū scripiurarū
sanctissima hic textur.

5179

5199



20

Anno añ xpi natiuitate 1

Zacharias et elisabet fuerunt ambo
scē vite: q̄ fuerūt parētes scī iōānis bap

Joachim et anna clarent sc̄itate vite: qui post singulari
gratia meruerūt p̄ocreatre florem ton⁹ felicitat̄ mariā:
omniū creaturarū excellentissimā: q̄ deū nobis genuit.

Burgundiones orti sunt gens semp valida: sic dicit̄:
quia sup rhenum fluiū burgos plures habent.

Marcus agrippa gener octauiani: sup̄a rhenum ciui-
tatem agrippinam condidit: q̄ p̄ dicta ē colonia.

Ab xpc̄o

Anno mūdi. 5199. ipse ē p̄mus añ natiuitatē xpi: cū iā ess̄
desponsata maria ioseph: missus est angelus gabriel a p̄re lu-
minū deo ton⁹ p̄solatōis ad ipsā: vt ānūciaret ei q̄ venerit ple-
nitudō tp̄is: p̄o recōaliatōe hūani generis: et q̄ p̄ ipsā dei fili⁹
hūc mūdū intrare veller. Hoc igit̄ oīum secretorū secretissimū
mirabiliū mirabilissimū: salubriū saluberrimū: desiderabilium
desiderabilissimū: misteriorū p̄fundissimū. circa hec tpa oīa
expectata adimplerū ē: vt deus hō fieret. Quis audiuit vnq;̄
sise. O si sapiat istud in palato mentis n̄re. vide deuotissimā
historiam. Luce primo.

Joannes baptista nascit̄: quo nemo maior in̄ natos mulier-
rum surrexit.

Joannes baptista



Valerius maximus fuit hoc tempore vir magne fame.

Imperatores romani per hanc lineam continuant: qui omnes augusti dicuntur propter singularem huius augusti excellentiam. Iustum equidem est: ut ille omnibus nomen tribuat: qui cunctis vivendi formas: et regendi normam constituit. Tanta siquidem in eo probitas ac strenuitas emicuit: ut vir credibile sit: quod nunquam destituta natura humani discursus talem edere potuerit. Quid ultra? christum cum benedicta matre sua videre meruit: quasi ipse primicerius extiterit vocationis generis christi. nec nunquam post hec dominus vocari voluit. Aram ei primus extruxit. Humilitatis: clementie: civilitatis: patientie discipline christi. que rarissime in tanta sublimitate conveniunt: exemplar ipse fuit. Bellum non nisi coactus accepit. Ait enim: Magna est dispendium aureo hamo pisces cape quia hami depediti dantur: nulla potest captura piscium comparari. Detrahentibus sibi ait: In libera civilitate liberas docet esse linguas. Milites occidere nequaquam aut delicias permittebat: quorum professio instituta est ad laborem. Filias suas in lanificio fecit instrui propter mirabilitatem temporalium. Nendi texedique non solum artem: sed usum habebat: nec ad se nisi vultu maturo sine omni vestium curiositate accedere permittebat. Regna que iure belli quesierat propter pauca reddidit: aut alienis benigne tribuit. Testem se in iudiciis interrogari: et repellere equanimiter a se patiebat. Plures habuit sibi maxime familiares: qui cum melius poterant: eum extinguere etiam publicis bellis mirebantur. Alii ter quaterque prius: cum gratiam poscerent: vitam et bona ab ipso impetrarunt. Quos multi fuerunt qui se de tam nobili sanguine progenitos gloriabantur: sed mores non imitabantur.

Procuratores iudee.

Iste archelaus propter eius ferocitatem a iudeis accusatus: relegatus est in viennam gallicam urbem.

Archelaus
a. 9. filius
herodis sub
eo dominus redijt
ex egypto.

Componius.

Hic loco archelai substitutus est.

Marcus

Sub isto morit salome soror herodis.

Christus nascitur anno mundi. 5200.

Linea christi

Anno domini primo



Sexta etas

Nonnulli reges in honore huiusmodi civitates concedebant: quas cesareas appellarent: sicut in mauritania et palestina: que nunc urbes clarissime sunt. Et multi reges ex regnis suis venerunt: ut ei obsequerentur.

Natus est circa hec tempora dominus noster de virgine pura novo ordine secundum prophetica promissa. Et hec est plenitudo temporis: de quo apostolus dicit: quoniam misit deus filium suum in mundum: Ob hoc incipit hic sexta etas mundi: cuius finis solus deus novit. Et dicit augustinus. quod hec etas dicitur senectus: que sepe extendit ultra omnes precedentes etates: quia plerique horum vivunt et usque ad centum viginti annos: aut ultra. Et notum est quod sexagenarios senes vocamus. unde fatuum est velle determinare quotitatem eius. Plures enim hoc attulerunt: qui omnes fuerunt decepti: sicut probat doctor sanctus christi.

Era christiano principalissima: omnium etatum notissima: celeberrimaque ipse est annus octavianus. 42. olympiadis centesimonoagesime tertie: et secundum bedam annum mundi. 5199. completus. unde versus: Unum tolle datum: ad milia quingentas ducentis. Nascenti domino: beda dicit a prothoplasto. Tercium annum christum duo. centum. minimum unum: milia quingentas. Et hic ratio probabilior modo ab ecclesia fuerit: et est magis vulgaris. Sunt et alii diversi modi supputationum: quidam breviores: ut hebreorum: quidam longiores: ut methodij et aliorum: de quibus immensus est labor tractare: utilitas vero modica. vide singula locis suis christi.

De principatu romano sic dicit cicero in libro de officiis: Erratum est fuisse aliquod tempus quo sine regibus vivebatur: at postquam iure gentium possessiones ceperunt dividi non alia de causa reges sunt instituti: nisi iusticie fruende. Nam cum in initio premeret institutio ab his qui maiores opes habebant ad unum aliquem virum confugiebant virtute prestantem: qui prohiberet iniuriare tenuiores egritatem constituendo sumos cum infimis pari iure pertingeret. Quos adhuc regnantibus regibus debiliores nonnunquam opprimerent: leges constitui placuit: que ad iudicandum non odio aut gratia ducerentur: sed tales inopi quales potenti presterent aures: quo fit ut leges non solum populis: sed regem quoque obligare sciamus. At si regem preternere leges: rapere bona subditorum: violare virgines: stuprare matronas: et cetera illicita facere videamus: nunquid illo submisso: alius sublimabit: qui et bene gubernare: et legibus novit obtemperare.



Sancta mater ecclesia copatur civitati: de qua gloriosa dicta sunt: ut dicitur in psalmo. 86. Quid gloriosius ea esse poterit: quam glorificavit tota sancta trinitas: quam defendit divina maiestas: quam illustrat divina claritas: quam regit divina bonitas: cuius caput christus iesus: verus deus et homo: cum civis omnes electi sunt: cum ministri angeli: illi beatissimi spiritus excubantes super muros eius die ac nocte. Nec est quam edificavit unigenitus dei super firmam petram: nec porte inferi prevalerunt adversus eam. Nec est syon illa dilecta: cui portas diligit dominus super omnia tabernacula iacob. Nec est sponsa illa immaculata: non habens maculam neque rugam: quam non vili cenodio sed precioso sanguine subarravit dominus. Nec est mater pulchre dilectionis: et agnitionis: et sancte spei: que filios generat in eternum regnatos. Hanc pronuntiaverunt patriarche. ✠

Petrus	Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre.	Jeremias 2.	Pater vocabis me: et pater me in gredi non cessabis.	Exodi 20. Non habebis deos alienos coram me.	Isaie 45. Ego dominus et non est alius: creans tenebras et formas lucis.
Andreas	Et in iesum christum filium eius unicum dominum nostrum.	Abbacuc ultimo.	Ego autem in domino gaudebo: et exultabo in deo iesu meo.	Psalmo 2. Dominus dixit ad me: fili meus es tu: ego hodie genui te.	Joannis 4. Ego et pater unum sumus.
Ioannes	Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex maria virgine.		Ecce ego recipi et et pater filius: et vobis nomen eius emanuel.	Colossensis 1. Qui est imago patris invisibilis dei.	Psalmi 139. Verbo domini celi firmati sunt.
Jacobus	Passus sub potio pilato: crucifixus mortuus et sepultus.	Isaias 7.	Aspiciet in me quem prefixerunt: et plangent eum.	Jeremie 31. Mulier circumdabit virum.	Galathas 4. Misit deus filium suum factum ex muliere.
Thomas	Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.	Zacharias 12.	Ero mors tua o mors: mors tua ero inferne.	Ezechiele 44. Porta hec clausa erit et non aperietur: et vir non transibit per eam.	Isaie 52. Tanquam ovis ad occisionem ductus est.
Jacobus	Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis.	Osee 13.	In die tertia suscita nos.	Prima petri 3. Christus semel passus est pro nobis: iustus pro iniustus.	Psalmi 15. Nec dabis sanctum tuum videre corruptores.
Philippus	Unde venturus est iudicare vivos et mortuos.	Amos 11.	Edificat in celo ascensionem suam visis nomen illi.	Actuum 2. Non est derelictus in inferno.	Psalmi 67. Iter facite ei qui ascendit super occasum.
Bartholomeus	Credo in spiritum sanctum.	Malachias 3.	Ascendat ad vos in iudicio et ero testis velocis.	Psalmi 95. Iudicabit orbem terre in egritate: et populos in veritate sua.	Job 19. Fugite a facie gladii: quoniam ultor iniquitatis est gladius: et scitote esse iudicium.
Matheus	Sancram ecclesiam catholicam: sanctorum communionem.	Jobel 2.	Effundat de spiritu meo super omnem carnem.	Job 26. Spiritus eius ornavit celos.	Sapientie 1. Spiritus domini replevit orbem terrarum.
Simon	Remissionem peccatorum.	David in psalmo 35.	Confitebor tibi: ecclesia magna.	Psalmi 140. Spiritus tuus bone ducet me in terram rectam.	Sophoniam 3. Innuocabunt nomen domini: et servient ei habuerunt unum.
Judas	Carnis resurrectionem.	Micheas 7.	Deponet omnes iniquitates nostras: et projiciet in profundum maris.	Matthaei 18. Si peccaverit in te fratrem tuum: dic ecclesie: quod si ecclesia non audierit: sit tibi tanquam ethnicus et publicanus.	Psalmi 18. Particeps sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua.
Matthaeus	Et vitam eternam Amen.	Ezechiel 37.	Aspiras tumulos vestros: et educas vos de sepulchris vestris.	Ezechiele 18. Vivo ego dicit dominus: nolo mortem peccatoris: sed ut convertatur et vivat.	Job 19. In novissimo die de terra surrecturus sum: et in mea carne videbo deum salvatorem meum.
		Daniel 12.	Multi de his qui dormiunt in pulvere terre enigilabunt: alii in vitam: alii in opprobrium: ut videant semper.	Psalmi 61. Tu reddes unicuique iuxta opera sua.	2. Corinthios 5. Domum habemus non manufactam in celis.

Iesus christus verus deus et verus homo unica proles intemerate ac perpetue virginis marie: secundum humanitatem descendens de semine abrahe per lineam regalem et sacerdotalem: sponsus unicus et caput immediatum sancte universalis ecclesie rex regum et dominus dominatum eternum potestatis: et iudex vivorum et mortuorum. 33. annis et mensibus. 3. peregrinari dignatus est in hac lachrymarum valle docens primum opere vitam vite: post etiam verbo: ut evangelista testatur. Cum autem esset annorum. 30. a summo patre omnium deo baptizatus iam in iordanis fluvio: victus fuit nobis in primum ac summum pontificem ac episcopum astartum nostrorum per spiritum sanctum: qui coporali specie tanquam columba in ipsum descendens testimonium sibi prebuit. quoniam ipse est vere salvator mundi iuxta vaticinium hiesie. ✠

Hanc predixerunt prophete hanc simul ois illa veteris testamenti laboriosa seruiliq; obseruantia: dñam recognoscit et quid ultra: Celi terra mareq; cū oibus que in eis sunt: nō huic famulantē mysterio. Igit̄ glorioſa dicta sūt de te o ciuitas dei. **B**rā tu hierusalē q; sis tui: q̄ saluaris in dño: Negabūt te inimici tui: et tu eoz colla calcabis. **P**ro p̄tib; tuis nascēt tibi filij: nec deficies in sempiterna secula. **B**enedic dñe fortitudini eius: et opera manuū eius suscipe. **P**ercute dorſa inimicorum eius: et qui oderant eam non consurgant. **A**udi dñe vocem eius: et ad populum suū introduc eā. **D**eus virtutum conuerrere respice de celo: et vide: et visita vineā istā: et p̄fice eam: quā plantauit dextera tua. **F**iat manus tua super virū dextere tue: et sup filiū hoīs quē confirmasti tibi iesum xpm dñm nostrū: qui tecū uiuit et regnat in vnitare spirit̄ sancti deus in omnia secula benedictus. Amen.

Scriptit in alia greco sermone. In principio erat verbum.

Joannes.

Ego sū lux mūdi: q; seq̄ me n̄ ābulat i tenebr̄: s; hēbit lum̄ vitē. **E**go sū q; testimoniū phibeo d me ip̄o: et testimoniū phibz d me p̄. **E**go sū pastor bon̄: et cognosco meas: et cognoscūt me mee. **E**go sū via vitā et vita: nēd venit ad p̄ez nisi p me. **E**go sū vit̄ vā: et p̄ me agricolā ē.

Lucas.

Scriptit i greco sermone greco. Fuit i dieb; herodis regis iudee: sacerdos et.

Amen amē dico vobis: celū et t̄ra trāsbūt: v̄ba aut̄ mea nō trāsbūt. **Q**ui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. **Q**ui vero non crediderit: cecidēnabit. **Q**uod vobis dico omnib; dico: **N**ig late: ne scitis enim quando dominus veniet. **S**ol contenebrabit: et luna nō dabit sp̄edore suum. **E**t tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus et.

Data est mihi omnis potestas in celo et in terra



Sic in orbem vniuersum: et predicare euangeliū omni creature.

Ego rogauit pro te petre ut nō deficiat fides tua: et tu aliqñ puerus cōfirma fratres tuos. **Q**ui maior ē in vobis: fiat sicut minor. **E**go autē in medio vestrū sum: sicut qui ministrat. **N**olite ne seducamini. **M**ulti enim venient in nomine meo dicentes: quia ego sum. **N**olite ergo ire post illos. **I**n patientia vestra possidebitis animas vestras.

Scriptit i italia sermone tñ greco. Initiū euāgelij iesu chisti.

Marcus.

Ecce ego mitto vos sic oves i medio lupoz: **E**stote g; prudētes sic serpētes: et simplices sic colūbe. **N**olite timere eos q; occidūt corp̄: atq; at n̄ p̄nt occidē. **S**z pot̄ eū timere: q; pot̄ aiām et corp̄ pdē in gebēnā. **D**is q; p̄fite me corā hoīb;: cōfitebor et ego eū corā patre meo.

Matthe.

Scriptit i iudea a hebraice. Liber generatio nis iesu chisti.

Hic elegit discipulos. 72. quos misit ante faciē suā: et. 12. ap̄los: quos misit in orbē vniuersum ad pdicandum euangeliū: nec amplius q; hos duos ordines in discipulos dñi esse cognouim;: quoz formā nūc in ecclesia tenēt p̄byteri et ep̄i. **N**am ap̄lis succedūt ep̄i: et. 72. discipulis p̄byteri: quibus duobus ordinibus tota ecclesia est cōmissa tanq; hierarchis: vt p; in decreto damasi pape: qd̄ habet. 68. di. c. cor̄ ep̄i. **T**andē pius dñs pro grege suo mortē acerbissimā passione p̄sumat;: ofuz martyriū caput: et ipse martyr. **P**ostq; at a mortuis resurrexit: in celū ascendit: et sp̄m sanctum misit. **E**t tunc primū cultus xp̄iani noīs incepit: qui ad finem vsq; durabit.

Iste gaius nepos iberij erat fm carnem: sed nō morib⁹: quia totus puerus fuit ⁊ tyrann⁹. **O** air: vtiā pp̄s roman⁹ vnā ceruicem haberet. **L**ōquestus ē sepe: q̄ sua tpa pacifica fuerūt: ⁊ bella libent̄ habuisset: occasiones etiā q̄siuit. Tandem a suis occi⁹: if: consilio senator̄ cū magno gaudio vniuersoz: Et senat⁹ restituere nitebat̄ regimē sic añ fuit: s; nō p̄ualuit ⁊c. **I**ste claudius incōstans aīo fuit: ⁊ totus obliuiosus ⁊ gulosus: Bellandi occasionem libenter habuisset. s; tñ parū pugnavit: ⁊ facile quosdā paucos hostes supauit. Tandē cū. 35. senator̄ res occidisset: cum. 300. equitibus pro minimis causis: veneno mortuus est.

Imperatores

Gaius galli-
cula an. 3. m.
-3.

Claudius a
14. m. 7.

Historia actū ap̄oz hic textur.

Spūs scūs venit sup ap̄os in linguis igneis.

Et hic orit̄ cultus xp̄iani nois. s. in die penthecostes fm augustinum.

Stephan⁹ lapidat⁹ ⁊ prothom̄ indyt⁹ dñs p̄secrat.

Saulus prostermit⁹: ⁊ paul⁹ egregi⁹ p̄dicatoz erigit⁹. qui abundantius oibus laborauit.

Philo disertissimus: cuius libri int̄ ecclesiasticos cō putant⁹: clarus habet: natione iudeus.

Jacobus maior ap̄s: martyrio coronat⁹ ab herode agrippa: ⁊ petrus incarcerat⁹: vt p̄ actū. 12. Corpus autē br̄i iacobi

miraculose trāstert̄ in galiciā hispanie: ⁊ ibi ē sedes patriar-
chalis post facta: quasi a sinistris respectu rome.

Helena regina abigenoz p̄uersa ad fidē: sustentauit paupes xp̄ifideles in hierusalē tēpore famis sub claudio.

Petronella filia sci petri: virgo sacra fuit.

Assumptio bte m.

Assumptio marie virginis gloriose: matris dei facta est. 12. annis post ascensionem dñi iesu christi: fm hieronymū.

Anno mūdi

5233

V l a x x x m .

5243

Petrus 1^o
papa iude-
us.

Hec est series romanoz pontificum: p̄ quam fit supputatio annoz subsequentium: cui⁹ principalis era est ipsa xp̄i b̄ndicta natiuitas: cōcurrentibus nō dñi omnis annis mūdi: vt p̄ aptissime in his dua⁹ bus lineis cum figuris numeroz annotatis:

Anno xp̄i

34

37

44

Beatissimus petrus gl̄iosus ap̄s xp̄i iesu p̄fuit ecclesie catholice fm hieronymū annis. 37. fm bedā. 39. Tenuit nāq; p̄ficatū in p̄tibus orietis ānis q̄nq; fm hieronymū: fm bedā septē. Deinde antiochia veniens: sedit ibi annis septem: docens ppl̄m viam veritatis: ⁊ simonē magū fugauit: Insup p̄dicauit dispersis ex circūcisione fidelib⁹ q̄ erant in ponto galacia: capadonia asia: bythina: q̄b⁹ postea de roma tāq; p̄ eū p̄uersis direxit epl̄as p̄mā. **A**ndiēs autē simonē magnū romanos eludere zelo fidei: romā adiit anno. s. q̄rto claudij. Cūq; ibidē verbū dei p̄dicaret: ⁊ simonis maleficia detegit: ⁊ multos ad fidem conuertit: discipulos etiam per diuersas prouincias misit: per quas christiana fides gloriose dilatata est. **E**uangelium marci: tanq; ex ore suo scriptū approbās fidelibus tradidit. **J**eiuuiū q̄dragesimale instituit ante pascha: ⁊ ante natale dñi tres ebdomadas ⁊ q̄rtam imp̄fectam: venerari ab omni populo christiano in memoriā p̄imi ⁊ secūdi aduentus. **T**andē p̄ plura sc̄ratis insignia cum iam in romana sede annis. 25. mensibus. 7. dieb⁹. S. sedisset martyrio coronat⁹ a nerone. **A**lia eius opera plurima ac mirac̄a stupenda: vide in actib⁹ ap̄oz: ⁊ in libro clementis: ⁊ in historijs tam scholastica q̄ ecclesia-
stica bede q̄ de alijs ⁊c.

De p̄secutionibus ecclesie ē diligenter aduertendū q̄ sicut in veteri testamento inimicus humani generis sp̄ electos multiplicibus machinatōibus p̄secutus ē: ita imo multo amplius in nouo: hoc ē in tpe gr̄e: q̄n iam cognitio ⁊ cult⁹ veri dei i toto orbe terrarū radiare cepat: Et primo p̄ gladiū: sicut p̄ in p̄secutōe stephani ⁊ iacobi ac alioz innumerabiliū: q̄ exercebat eccleie patiētia. **S**ecūdo p̄ falsā doctrinam in quo exercebat eccleie patiētia: ⁊ h̄ simpliciter p̄mo p̄ falsos iudeos qui sunt synagoga sathane: vt i disputatōe petri stephāi ⁊ pauli ⁊c. qui oēs clare informauerūt simplices: q̄ iesus ē xp̄s i lege pro-
missus contra friuolas assertiones p̄uersoz iudeozum: ⁊ hec vsq; ad finē durabit: et tempore aū xp̄i grauissima erit. **T**er-
tio per magos ⁊ incātatores. **A**idens nāq; antiquus hostis: q̄ per xp̄i nominis diuulgationem: cult⁹ suus abolend⁹ eēt im-
pleuit vasa iniquitatis sue: qui p̄ magicā artē rudes deciperent: ne i xp̄s crederent cū ⁊ ipsi se pro aliquib⁹ magnis iactaret q̄si filij dei eēt in signis ⁊ prodigijs mēdacibus: vt in symone mago: meādro: aroes ⁊ arfaxad ⁊c. **Q**uarto p̄ falsos xp̄ia-
nos supbie sp̄i tumentes: q̄ instigante inimico p̄les hereses seminarunt: vt in hebione cherinto ⁊c. Et aliqd̄ plura: **D**icit beatus bernardus: q̄ totus iste mundus p̄iurauit contra xp̄m. Et augustinus. **Q**ui non habuit p̄secutionē non est xp̄ianus. **O**ia ergo fidē impugnat: sed firmū fundamentū ei⁹ stabile perseverat: h̄ns signaculū b. **N**ouit dñs qui sūt ei⁹: nec ē aliq̄ modo possibile q̄ fidei sac̄m inter tot insidiatores sic floruerit: nisi cultozes ei⁹ vna maiestas protexisset vna sapientia illuminasset: diuina bonitas fouisset: iuxta promissionē christi firmissimā: q̄ cū eis dē sp̄ fuit: ⁊ in finē p̄seuerat. **H**ic bilan⁹ ait: ⁊ 20p̄ziū eē solet eccleie: vt vicat cū ledit ⁊ tūc inelligat cū arguit: tūc secuta sit cū deserit: tūc obtineat cū supata videtur.

**sc̄s stephan⁹
sc̄s paul⁹
philo**

petrus p̄m⁹ papa

- Seneca stoycus clarus habet: magister neronis a quo post coactus e seipsu occidere.
- Persius satyricus. i
- Juvenalis satyricus.
- Lucanus poeta: pa truus senece.
- Ovidius poeta.

Refert seneca de nerone q, erat nãliter ab infantia semp clementissimus: et ita graciosus q nemo unqz po pulo romano gratior fuit: ita q in obliuionez venerunt ceteri pzincipes: propẽ fauoris magnitudine. Verum potestas multos probissimos fecit atrocissimos.

Dax illa vniuersalis toti orbis qua romani habuerunt per annos ferme. 70. per paucis bellis exces ptis ac paruis circa hec tpa propẽ seuitia neronis turbata est: et pro uincie quedam recesserunt ab obe dientia romanor: qz fide chzistia nam perseg ceperant.

Nero a. 13
/m. 7/8. 28/

Iste nero oium hominũ sceleratissim⁹ fuit: adeo vt nomẽ eius vsqz hodie pro aliquo pesto poni soleat. et qz contra optimã chzisti legem primã suscitauit psecutionẽ: merito antixpi figurã tenuisse describit. Tandẽ a senatu hostis pronunciat⁹: cum tur pissime fugeret: seipsu occidit anno etatis sue. 31. et letata est roma quasi victricã obtinuisset ptra aliquẽ pessimum inimicũ cultioribusqz vestibus se induentes epulati sunt.

Jacobus minor apls ac hierosolymorũ eps a iudeis occiditur anno. 6. neronis.

Beatissimus chzisti euangelista marc⁹ martyrio coronat anno neronis pri. vt dic pbilo contẽperaneus eius: apud alexandriã egypti: vbi eps erat constitutus a bro petro: sepultus ibidẽ: miraculis claruit: et suc cessit ei anianus vir sanctus.

Simon magus multas supstitutiones romẽ exercuerat: et qz simile applaudit suo simili: ideo pessimus nero spzeto consi lio senece viri doctissimi: hunc pestiferũ sibi sociauit: tandẽ vterqz post infinita scelera: in baratrũ damnatõnis eterne tur pissima morte descendit.

Iudea et hierusalem grauissimis psecutionibus et intestinis bellis attrita est: propẽ peccatum illud maximũ: quod in fi liũ dei pmiserunt: et circa hec tpa etiã in foribus templi ipso festo paschali. 30. milia necati sunt: et continue durauit dissensio: donec penitus deleti sunt. Barrabam eni petierunt: et non iesum mitẽ et humilem.

5253 v l a l m

5263 v l a l m

Nero

Marcheua

Simõ magus.

54 l m

64 l m

Paulus apls egregius predicator: raptu sublimis: qui euangeliũ non ab homine neqz p hominẽ didicit: sed per reuelatõem iesu chzisti: cũ esset ferme annoz. 27. vel circa atrociter cepit ecclesiã psequi zelo iudaico: sed mox a dño correptus imutat⁹: et factus est de lupo agn⁹ de persecutore fidelissimus predicator. Anno aut. 14. conuersionis sue: apostolatũ cũ bar naba suscepit a spũ sancto in gentibus: vt dicit actũ. 13. Anno. 27. venit hierusalem: vbi cap titur: vt patet actũ. 23. Anno. 30. romam venit: vt patet actũ ultimo. Anno. 38. vel circa cum beato petro: a nerone martyrium passus est. hic inter sanctos tam in altitudine contemplationis qz in feruore actionis prerogatiuam obtinuit: quia vltra omnes viatores clarius deũ vidit: et arcana verba audiuit: que non lz homini loqui: et tanqz totũ mundum genuisset: sollicitabat oẽm hoẽm introducere in regnum celozũ. Quis sic cucurrit: quis sic laborauit euangeliũ grecis exponens? Quis sic afflic⁹ percussus: periculis infinitis excoct⁹? Quis sic gloriari poterit: vt dicat: plus omnibus laborauit: et in sapientia mundana: et consi lio huius seculi salua omni iusticia et fide: quis sic emicuit: vt etiam amplissimo senatũ mi randa contulerit: eius laudes ioannes chzistostomus describit.

- Potentiana vgo.
- Praxedis virgo.
- De fuerunt sorores timothei et nouati.
- Constantia martyr.
- Vitalis mar.
- Nazarius mar.
- Celsus mar.
- Processus mar.
- Martinianus mar.
- Piorasius mar.
- Seruasius mar.
- Torpes mar.
- Felix martyr.

Plutarcus nobilissimus pboz. clarer: magister traiani: cui episto- stolam optimam scripsit.

ad tempus veru fuit: quia constat qd aliqui ipsemet iussit quosda tormentari & occidi. In fine mitigavit edictu vt non occide- retur nisi qui casu inuenirent aut se offerrent: sed paru hoc profuit: quia inuidia: plebs per huiusmodi nihil artata fuit. Et laudes pro nibilo ducerem: nisi bñs Gregorius eius pietate conatus lachrimas fudisset: & ab inferno liberasset. An autē saluatus sit vsqz hodie dubiosu est: & grandis altercatio doctoz. De hoc etiam diuerse reuelationes deuotarū personarū reperiunt que omnes quas ego vidi hoc intendūt qd non velit dñs aliud nisi vt cum timore salutem nostram operemur: & de huiusmo- di curiosis questionibus quieti simus: eo qd non sine causa hec & si- milia ecclesiam suā vult latere.

Iste traianus optimus dicit fuisse int omnes augustos. Hoc solu in eo culpā qd zelo falsoz deoz: xpi fidem extinguere nñus est: arbitrans se in hoc obsequiū prestare deo. Dicunt quidā qd nō p se: s3 p suos fideles psequeretur. Forte hoc Iste idem traianus apud agrippinam gallie: insignia impij iu- tus sūpsit: germaniam restituit: orientales prouincias: babiloniam selecutiā extremaqz indie scōs post alexandrum perdomuit &c. In oibus his adeo pius permansit: vt omnibus gratus nul- li existeret grauis: quod de paucis legit &c. Nec insignia sunt vere & non fice nobilitatis: Ira semper vixit vt imperio vi- gnissimus haberet: ita principatum fugit quasi nullus foret ineptior.

Amperatores

Traianus a .19. m. 6. d. .15.

Persecutio. m.

Persecutio tertia ecclesie atraai ano exercei in qd perempti fuerūt infimti.

Tandē cobibita fuit interuētū plis nij scōi: sed non totaliter.

Thimotheus

Timotheus eps ephesioz discipu- lus pauli martyrizatur.

Ignatius

Ignatius doctor gloriosus eps antiochie: discipulus ioannis martyrio coronatur nobilissimo. Quius cor scissum: in se aureis lris hoc dulce nomen iesus inuentum ē habuisse descriptū. Ait eni in eplis suis: Amor meus crucifixus ē. Brāz virginē in carne vidit: etqz eplā scripsit: in quib3 sic habet. Christifere marie &c. Et illa dulciter respondit scribēs ei. Ignatio dilecto cōdiscipulo humilis ancilla iesu christi &c. Veniā ad te &c.

Taurinus epus eboracen: & gangericus eius frater epus cameracen. discipuli dionysij.

Anno mundi

5303

Pape

Anadotus m. a. 9. m. 2. d. 10. Grecus

de regione atthenien.

Euaristus m. a. 10. m. 7. d. 2. Grecus

natus ex bethleem

Anno xpi

104

Anacletus beatissimus fideles monuit per eplam vt presbyteri p oibus honorarent dicens qd deo sacrificantes non debent vexari: s3 portari atqz ab oibus venerari: Et presbyteri qñ sacrificant: testes secū habeant: & maxime episcopi vt dño pfecte sacrificare probentur. Item statuit vt clericus nec barbā nec comā nutriat. Ipe memoriā bñi petri pstruxit. Ordinavit etiā. 7. diaconos cardinales i or- be. Itē qd eps a trib3 debeat epis psecrari. Itē qd ordinatio clericoz palā celebret. Tandē. 12. anno traiani mrio coronat: sepultus in vaticano apud corpus bñi petri. Item qd pacta ordinatione oēs cōicarent: sicut habet de con. di. 11. peracta.

Domicilla: euphrosina: theodoza: sulphinius serulianus martyres sub traiano.

Die sancti martyris statuit vt eps a plebeis nō accuset: & 7. diacones ordinavit vt assisterent epō pdicāti propē honore dñi dei ne ab emul detraheret epō qd falsa predicau- rit. Itē qd piuges publice spōsent a pñibus & a sacerdote solenni bñ dicant: tandē martyrizat anno adri- ani: sepultus apud corp3 scī petri.

plinius pbo

tractaret sententiā latam ptra christianos: scribens ei qd nibū mali faceret: sed virtutibus insistentes christū tāqz deum nñ lucem surgentes laudarent.

Plinius scōs orator & pbs multa scripsit. Mitigavit etiam traianum vt re-

